

Ex 58. (10)

I. N. I.

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

CONFRA TERNITATI-  
BUS SIVE PACTIS SUCCESSO-  
RIIS ILLUSTRIUM FAMILIARUM,

Quam

Bono cum Deo,  
In Perantiqua Electorali Palatina,  
Authoritate Magnif. JC<sup>torum</sup>  
Ordinis,

K 1975676

P R E S I D E  
DN. HENRICO DAVIDE  
CHUNONE,

JC<sup>o</sup> Celeberrimo , Facultatis Professore Primario ,  
Academie Pro - Cancellario & h. t. Facultatis Decano ,  
Promotore suo aeternum venerando ,

PRO

CONSEQUENDIS IN UTROQUE JURE  
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS ,  
SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI  
SUBMITTIT

CHRISTOPHORUS EXJES  
ISENNACO - THVRINGVS.

Ad diem Septembr. Horis Locog<sub>z</sub> Solitis.

A. O. R. M DC LXI.

HEIDELBERGÆ

Imprimebat

ÆGIDIUS WALTER , Academie Typographus.

Ve  
3288



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO,  
DN. JOHANNI GEORGIO SECUNDO,  
D. G. Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Sac. Rom.  
Imp. Archimarschallo & Octoviro, Landgravio Thuringiæ,  
Marchioni Misniæ & Utriusque Lusatiæ, Comiti Marchæ &  
Ravensbergæ, Dynastæ Ravensteinii &c. &c.

Tum

SERENISSIMO ATQUE CELSISSIMO PRINCIPI ET  
DOMINO

DN. FRIDERICO WILHELMO, Ducis  
Saxoniæ, Jul: Cliv. & Montium, Landgravio Thuringiæ, Mar-  
chioni Misniæ, Comiti Marchiæ & Ravensburgii, Dynastæ in  
Ravenstein &c.

Ut &

SERENISSIMIS ATQUE CELSISSIMIS PRINCIPIBUS  
AC DOMINIS,

DN. WILHELMO] Fratribus Germanis, Ducibus Saxoniæ, Jul:  
Cliv. & Montium, Landgraviis Thuringiæ,  
DN. ERNESSO] Marchionibus Misniæ, Comitibus de Marc.  
& Ravensburgo, Dynastis in Ravenstein &c.

Nec non

SERENISSIMO CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DN. WILHELMO, Landgravio Hassiæ, Princi-  
pi Hirsfeldiæ, Comiti Cattimeliboci, Deciæ, Ziegenhainæ,  
Niddæ & Schaumburgi &c.

SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,  
DN. LUDOVICO, Hassiæ Landgravio, Comiti  
Cattimeliboci, in Dietz, Ziegenhain & Nidda &c.

Principibus Pius, Felicibus, Inclytis, per Pactum Confraternitatis conjunctissimi  
Patribus Patriæ semper Augustis,

DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS,

Perpetuam Felicitatem.

O  
D,  
m.  
ix,  
&  
  
ET  
ci  
ar-  
in  
  
S  
ul.  
ia,  
rc.  
xc.  
  
i-  
x,  
  
ti  
  
ii.  
  
O  
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-38213-p0003-1

Serenissime Princeps Elector,  
Domine Clementissime.

XI octo &

Serenissimi Celsissimique Principes,  
Domini itidem Clementissimi.

**R**ECONDITISSIMA scientiae scriptor Macrobius II. Saturnaliorum refert, Octavianum Augustum Cæsarem, cum ei quidam Libellum trepidus offerret, & modò proferret manum, modò retraheret, lepidè ex eo quæsiuisse : Putas te assēm elephanto dare ? Scilicet parùm decorum, inmodò injurium judicabat Imperator, ad Opt. Principem accedere ut ad feram, eoque vel causæ diffidere, vel de ejus ambigere bonitate. Majore ad vos animi firmitate accedo, Augustissimi Principes, non mei tamen fiduciâ, sed Vestri, quam mihi Gentilitia Serenitatis Vestræ Vestrarumque Celsitudinum humanitas facit, tot mihi documentis dudum comperta, qua & domestico arguento quod vobis offertur, & instituto meo advocationem parat. Serena igitur fronte Academicum hoc Exercitium suscipite, Principes Optimi,

timi, Maximi, antiquæ Virtutis Vestræ ac aeternum vobis devoti animi testimonium, & materie Pietatis Vestræ consecrata dignitatem, non manus porrigentis tenuitatem aspicite. Vivite ac valete Serenissimi Principes, & lato rerum omnium successu feliciter diuque canescite. Scrib. Heidelbergæ d. Septembr. Ann. clc loc LXI.

**VESTRÆ SERENITATIS,**

*Vestrarumque Celsitudinum.*

Semper devotus & humiliimus

*Cliens, subditus, Civis,*

**CHRISTOPHORUS Erich**  
*Menagius.*





## Præfamen.

**P**ostquam æterna Lex dicta est omni huic Mundo:  
Nasci, denasci, oriri, aboriri & mori; *Lips. lib. 1. de Constant. c. 16.* Nihil amplius in his terris tam stabile, nihil tam immobile existit, quod non patiatur mutationem & Casum, secundum Inductionem Ecclesiastæ c. 1. & 3. & effatum Sacratissimi Imperatoris Iustiniani in l. 2. §. 19. C. de V. I. E. & Novell. 7. c. 2. in pr. nihil tam securis radicibus innixum, in quod violentia fatorum non valeat, *Barclai. in Euphorm.* nihil tam altum, & firmum, quod brevibus momentis verti non possit. *Tacit. lib. Annal. 5. & 14.* nihilque tam durum & elegans, quod tempus edax rerum & invidiosa Vetustas lenta morte paulatim non consumat. *Ovid. lib. 15. Metamorph.* *Conf. Lipsius d. c. 16. pertot. Fl. Strada lib. 1. dec. 1. de Bell. Belg. Did. Saavedr. Symb. Polit. 41. & 100.* Ita ut idcirco Vates ille Tragicus exclamat:

μόνως τὸ μέντον  
Θεῶν γῆπες, καὶ δὲ μὴν διατίν πότε,  
Τάδε ἀλλα συγχειπανδὸν παγηρόντος χρόνος.

ET rectissimè quidem: Videmus enim apertè, quî (cùm omnia mortalium Opera mortalitate sint damnata, uti *Seneca Epist. 91. & 92.* & ea rebus humanis indita sit facies, ut in omnibus continua sit tūm generatio, tūm corruptio, ut *Aristoteles lib. 12. de generat. & corrupt. exquisitè differit*) Civitatibus opulentis sua etiam sit reperta labes, idque unum venenum, per quod magna Imperia sint mortalia, ut *expressius refert Livius lib. 2. Histor.* certosque limites & fata sua habeant, ut *Lipsius scribit Cent. 3. ad Belg. Epist. 31.* quòd cùm ad certum assurerint fastigium, sistant, retroeant, & ut orta omnia, tandem occidant atque intereant, uti *Cæsar hoc quoque observavit apud Salustium, Orat. 1. ad Cæs.* Hincque Poëta verè & venustè accinit: Μοῖραι δέ εἰσιν τῶν πόλιων νόσθια ἀνδρῶν. In quantum luctuosa monumen-  
ta bel-

A

ta bellorum Civilium (ut Sacr. Imp. Iustinianus vocat in l. 3. §. 6. C. de V. I. E.) adhuc quotidiè cernimus; Et præterita Secula, veluti nosocomia quædam sunt, ubi cadavera rerum atque Monarchiarum (utpote Medorum, Assyriorum, Græcorum & Romanorum, aliamque insignium Regionum), quæ aliquando ex æxmuñ fuerunt, armisq; & artibus pulcherrimè floruerunt) incidendo perlustrare, & rimari possimus, ut magnus ille Politicus Did. Saavedra all. loc. latius discurrit; Adhib. Cicero 2. de Deor. nat. & Lib. 5. de finib. Cl. Plinius lib. 3. Hist. Seneca Epist. 13. Renat. de Lusigna de Ort. & increment. Imp. p. 2. & 3. Ciccarelli discor. 3. sopro Livio p. 16. Caurian. sopr. Tacit. lib. 1. f. 22. Arnisæ. Polit. lib. 1. c. 1. & lib. 2. c. 1. Dan. Heinsius. Orat. 12. Webner. in Metamorph. Rerumpl. cap. 21. Dn. Forstner. Hypomn. Pol. 38.

Similiter videmus etiam, quî, sicut omnium in Individuo hominum, Genes. 3. Psalm. 139. Ecclesiast. 3. l. 57. C. de Episc. & Cler. & cap. peccatum. 7. De pænitent. dist. 4. Ita quām plurimarum Illustrium Nobiliumque familiarum pro vicissitudine omnium rerum, sui hactenus sint veluti natales, incrementa, senectus, & denique mortalitas, quæ de manu in manum, sicuti cuncta, ita quoque easdem propellat, ut ex Henrici Castella Regis vita animadvertisit Mariana de reb. Hispan. lib. 6. ut propterea hoc, quod in Urbibus Imperiisque accidere videmus, ad Familias & Gentes Nobilitatisque fata benè accommodari possit, ductore Vellejo, cùm apposite inquit in lib. 2. c. 15. Quemadmodum Urbium Imperiorumve, ita Gentium (hoc est, familiarum, notante Berneggero in qq. Tacit. dodec. 3. q. 153.) nunc floret fortuna, nunc senescit, nunc interit. Conf. Cl. Dn. Boecler. in Not. Vellej. ad h. l. Et omne ævum contestatur, inclytas familias pessum ivisse, idque maximè in discordiis Civilibus, Guaz. diss. Polit. de Convers. Civil. P. 2. d. 5. Comprobatq; hoc ipse Imperator in Recess. Imp. de Anno 1548. §. Als auch durch. Vid. Catal. membr. Imp. apud Goldast. tom. 1. Constit. Imp. p. 12. quem etiam Limnaeus refert lib. 1. I. P. c. 18. & prolixius Wurffbein. in Relat. Histor. Part. 7. 2. Machiavell. lib. 3. Hist. Florent. D. Myler. tr. de Iurib. & Statib. Imp. c. 3. in pr. Et Dantes igitur recte. Propagines & alta nutant Stemmatata.

Huic a. Caducitati seu mortali familiarum conditioni, ut egregiis institutis validè prudenterque prospicerent, & à totali ruina, si non in totum, in tantum tamen, ut Philosophi loquuntur, defenderent, allabo.

allaborarunt plurimi. *Vid. Knich. de Iur. territor. c. 2. §. 60.* Inde proditæ sunt variæ occultæ & abstrusæ artes, atque arcana Imperiorum ( Græcis Κρύφια , Italij ragione di dominio dicta. ) *Conf. Clapmar. tr. de arcan. Rerumpl. Scipio. Admiral. lib. 12. disc. in Tacit. in l. Peretz. I. P. præf. Dn. Forstner. in Not. Polit. ad Tacit. lib. 1. Annal.* Ea- que omnia ( pro ea , quæ inter bonum publicum & privatum intercedit, harmoniâ ) Reipl. conservandæ , & familiarum perpetuandarum gratia , benignè constituta sunt atque recepta ; *Lud. de Casanate Conf. 50. Alphons. de Azevedo Conf. 2. n. 4. Iulius Psilug / Epi- scop. Numburg. Diss. de Imp. Constit. Eberh. à Weihe. Diss. de Regn. elect. & Success. Utrumq; cum concatenatis quasi vinculis cohæreat, ita ut ab unius rupturâ alterius eversio, & unius arctitudine alterius salus dependere videatur , prudentes rerum Gubernatores inter præcipua familiarum fulcra , quibus Respl. ut beata inniti creditur , Jura Pri- mogenituræ , Jura Majoratus , Pacta unionis prolium , Pacta re- nunciativa , & dispositiva , maximè vicissitudinaria & reciproca . Confraternitates & mutuam successionem Illustrium personarum con- cernentia , & similia de moribus nostris , tām Illustribus quām ple- beis maximè trita numeravere. *Vid. Dd. ad cap. quamvis de Pact. in 6. IN quibus materiis solidè eruendis , quanquam multa præclara Inge- nia jamdudum sese exercuerint , minus tamen , ut quondam doctissimus Romanorum Varro , indecorum censeo , messe factâ spicile- gium facere , & missis jam cæteris , materiam de Confraternita- tibus seu Pactis Successoriis Illustrium familiarum , utpote digni- tate nobilem , cognitione ponderosam , & utilitate commendabi- lem ( ut verba Imp. Leonis in Novell. 46. & Icti Pauli in l. Legati 25. in pr. ff. de lib. legat. hīc. accommodem ) Inauguralis Disputationis lo- co , Assensu & Decreto Ampliss. Facultatis Juridicæ in hac Peranti- qua Electorali Palatina , absque cujusque præjudicio , pro ingenii modulo , & temporis , qua jam circumscribor , angustiâ , paucis thesibus methodicè hīc proponere , & Literatorum eruditæ avängios subjicere. Id igitur , ut benè absolvam , & in Ordine nostro abs- que Ordine non procedam , principium facio decens & amabile Deo , cum Imperatore nostro Justiniano in Novell. 6. præf. & in nomine Domini nostri Jesu Christi , cujus auxilium semper implorandum est , l. Coloss. 3. vers. 17. Can. 26. cauf. 1. q. 1. & Novell. 85. pr. ad hunc actum rectè progredior , ut verba sunt l. 1. C. de off. Præfect. prætor. Sit ergò**



## T H E S I S I.

**I**ndolem autem hujus materiæ de Confraternitatibus Illustrium Familiarum hoc tempore indagaturus, non pigrabor ipsam consueta Methodo Synthetica in suis Consentaneis atque Dissentaneis pertractare, monitore Phosphoro Philosophorum Aristotele 2. Metaph. 2. & Magnif. Dn. Tabore, ICto, Promotore & quondam in Argentoratensi Academia Praeceptore semper Observando, de Iur. socid. c. 9. n. 1. & in Iur. Elem. P. I. p. 6. Antequam verò ad rem ipsam deveniamus, Oνοματολογία seu definitio nominis præmittenda est, suadente prælaudato Philosopho 1. Post. e Analyt. c. 1. ibi : πρὸς τὸ ὄρθως διδάσκειν πρᾶπον δεῖ εἰπεῖν τὰ ονόματα. Et qui ipsi οὐμόνηπος est, solertissimo Scaligero in libell. de caus. Lat. Ling. & Ex. 1. ad Cardan. Cumque Principium eruditionis, teste Socrate, sit verborum intelligentia; quapropter ante rerum cognitionem quæ quoque juxta Agellium lib. 13. c. 10. à verbis dependet, hæc tractatio ICtis æquè ac Grammaticis inservit, Gotofred. ad l. 1. ff. de I. } & I. Cumbach. in brocard. de nat. nom. D. VValther. in tr. de Iur. & privileg. Doct. c. I. in pr. Ampl. Dn. Rebhahn. ICtus & Affinius meus multis nominibus mihi suscipiendus, in Hodog. Iur. p. m. 3.

Derivatur autem Confraternitatis vocabulum à Præposit. infep. Con. & vocab. Fraternitas; Id autem à nom. Frater, qui Perotto, Nigidio & Festo dicitur quasi ferè alter, seu alter ipse; Ideoque quos impensè diligimus, plerumque Fratres vocamus, ut testatur ICtus in L. nemo ff. de hered. instit. Isiodoro autem lib. 9. quod sit qs. ex eodem fructu, id est, eodem semine, vel ex eodem φρέσῃ τῆς γενέσεως, ex eodem generationis puteo seu fonte mecum natus; Hesychio, Aristoteli & Scaligero à gr. φράτηρ, aolice φράτηρ à φράτωρ. φράτηpes autem Cognati sunt, quibus idem genus, eademque familia est; ἀπὸ τῶν φρεάτων, id est, à puteis sic nominati, qui communes erant inter Phratoras, i. e. tribus, seu eos, qui uno puteo utebantur, magnamq; inter se societatem colebant; Vid. Varro lib. 4. de Lingua Latin. Nonnulli στυμοὶ ei adsignant ab Hebr. בָּתָה, quod fructificare

care vel crescere significat; Unde בָּנִי fructus, fetus. Vid. Buxtorff. in Lex. Hebr. hoc voc. Began. de orig. ling. lat. voc. frater. Cæterum mansit hæc vox in Linguis ferè plerisque. Gallis enim la Confrarie, à le frere, frater; Unde Græci posteriores φρέσως; Italos il fratello & fra; Unde & Græcis φρά. Hispanis autem Hermanno à Lat. germanus dicitur. In yernacula nostra itidem Bruderschaffe / Verbrüderung / appellatur à vocab. Bruder; Anglicè a brother; Belgicè een Bruder. Vid. Martin. in Lexic. Philolog. voc. frater. Is. Pontan. de Orig. Franc. fol. 714. Wehner. Obs. Pract. voc. Erbverbrüderung. Græcis Confraternitas hæc ἀληθοκληρονομία vocatur, quod vocab. deducitur ἀπὸ τῶν ἀληθῶν, quod nominal. per voc. alii, alios, alter, alterum; & adverbialiter per adverb. mutuò, invicem exponitur. Deinde à vocab. Κλῆρος, quæ vox Græcis sumitur tam pro sorte, quam hæreditate; Ut Gallis vocab. Lot. usurpatur pro sorte, vel etiam parte; Sicque allot, hoc est, Ganz von seinem Jugetheilten Erb; Et deniq; à voc. νόμος, lex, item consuetudo vel ritus; ἀπὸ τῆς νόμεων, id est à tribuendo; Vid. Scapula in Lexic. Grac. h. v. Besold. op. Polit. lib. I. c. 9. §. 7. Levin. Hulsi. Lex. Gall. voc. lot.

## II.

Porrò ut Homonymiam discernamus, sciendum est, quod vocabula hæc non uno eodemque accipientur sensu, sed quod in multipli differentia sint Confraternitates, ut asseverat Petr. Salazar. Hispan. de Vsu & Consuet. c. 8. num. 22. & seqq. Muscul. diss. de success. anom. concl. 5. Nobilissimus Ictus Dn. Carpzov. Patronus meus ac Praeceptor quondam πρὸς τὰ ἔχαλα venerandus, in singul. tract. de paet. success. Sax. Hass. c. 1. 0. 8. Nonnunquam enim hoc nomine venit Societas quædam hominum religiosorum, qui invicem fraternizant, & dicuntur Fratres certi Ordinis; Der Bruderschaffe S. Jacobi, S. Antonii, S. Francisci, & aliorum Monachorum; De quibus videatur VVaremund. ab Ehrenberg. in Meditam. pro fæderib. lib. I. c. 4. num. 12. Thom. Garzon. in Piazza Universali (oder Weltgeschwylag.) disc. 3. fol. 47. & seqq. Hub. Miræus de Orig. Monaster. fol. 215. Barth. à S. Fausto in Thes. Religiosor. lib. 6. Speidel. in Notabil. Iur. Pol. Hist. voc. Drdensleut.

Deinde nonnulli etiam Principes, Reges, Civitates, & populi φρατηρίας sive peculiares fraternitatum Ordines atque Con-

fœderationes , quarum beneficio à Conversionibus essent tutiores , atque adeò munitiores adversus hostes , instituerunt , easque singulari titulo & nomine insigniri voluerunt ; Vid. Iul. Cæs. Bulinger. de Triumph. c. 12. VVesenb. in Oeconom. Cod. lib. 12. Muscul. d. l. concl. 14. In genere autem socios hosce & Confratres salutarunt Equites , generali alias Nobilium sive Equitum notatione ; Qui Germanis Ritter dici consueverunt , quasi dritter / litera d. expunctâ ; nimirum , quod duo Equites ipsis jungi soliti fuerint ; Dass sie selbst dritt Geritten ; Ut observavit Iustus Ritter in lib. 1. Instit. Feudal. c. 3. num. 9. in fin. Nolden. de stat. Nobil. Concl. 1.c. 3.th. 25. Old. de Iur. singul.p.496.in fin. Dn. Carpz. & Limnae. all. loc.

Qui Ordines Equitum , licet hodiè variis in Regionibus varii existant , illi tamen in tria vulgò genera distinguuntur ; Enenckel. lib. 1. de privileg. mil. c. 6. num. 15. Bullæ. in disc. Academ. 3. ad l. 8. C. de Testam. num. 54. fol. 222. Speidel. d. l. voc. Ritter / & voc. Orden.

Unum eorum est , quos Torquatos appellant , à torque aureo , utpote quo symboli loco insigniri Solent ; Inter quos præcipuo loco est Ordo Sociorum aurei Velleris , Gallis l'ordre du toison d'or , Germanis der Ritter . Orden des Guldnen Velleß / oder Blißes ( quod Græci χρυσόμαλον vocant ) dictus , à Philippo Bono Burgundiæ Duce , Anno 1428: institutus , & hodiè etiam Impp. Austriacæ familiae insignia circumdans . De cuius Ordinis Origine , autore & statutis vide sis plura apud Warem. ab Ehrenberg d. l. n. 14. Simon. Majol. in dieb. Canicular. tom. 5. Colloqu. de dignitat. fol. 1177. Prænobilitiss. Dn. Casp. à Lerch / in disc. laudatissimo , de Ord. Equestr. Germ. fund. I. num. 23. & seq. fol. 13. fac. 2. Limnae. lib. 6. Iur. publ. c. 2. num. 16. & seqq. Chronicon Chronicor. Gualterij part. 2. fol. 30. & 134. Speidel. in Notabilib. voc. Guldensluß.

In Gallia autem Ordo Sociorum sive Equitum S. Michaelis Archangeli est , à Ludovico XI. Galliæ Rege , Anno 1469. institutus . De cuius ordinis natalibus , capite & statutis videatur Vincent. Lupan. de Magistr. & Prefect. Franc.lib. 1. Chassan. in Catal. glor.mund. consid. 10. Thuan. lib. Hist. II. & 59. Limnae. d. l. n. 32. Dan. Otto Iur. Publ. c. 19. p.m. 665. Ioh. de Laet. in descript. Gall. c. 6. & c. 15. Vbi de statu Equitum Regij Ordinis in Gallia latius agit , eorundemque Catalogum annexit.

Iisdem annumeratur Ordo Equitum de la banda , ab Alphonso

phonso Rege Hispaniæ , Anno 1368. institutus. De cuius Ortu ac progressu vid. Franc. Taraf. de Regibus Hispan. in Alphons. II. Garsias de Nobilit. Hisp. Gl. I. §. I.

Quod etiam refertur Ordo Equitum Garteriorum ( aureæ Periscelidis , sive fasciæ rubræ ) L'ordre des Chevaliers de la jattiere , vulgo der Ritter . Ordens des Guldnen Hosenbands in Engeland ; Ab Odoardo III. Anglorum Rege Anno. 1351. institutus , sub Symbolo : Honny soit , qui mal y pense. Cujus festum die Georgij , 25. Aprilis Vindessori singulis annis magnâ pompâ celebrari hucusque solitum fuit. Cujus instituta similiter notavit Limnæus alleg. loc. n. 33. Add. Girard. tom. 2. fol. 185. Orthyyin in disp. de milit. arm. & tog. & 2. Froissard. in c. 101. de la Confrarie S. George , ou de bleu jaretier.

Alterum genus est Equitum Auratorum , qui ut olim Romæ , ab aureis , quibus à plebe distinguebantur , annulis , Scribente Rosin. Antiqu. Rom. lib. I. c. 19. Tiraquel. de Nobilit. c. 37. n. 16. Oldendorp. in tract. de Act. Benefi. fol. 740. vers. Equites. & Dd. comm. ad Tit. ff. de Iur. aur. annul. Vid. in Nobiliss. Dn. D. Ioh. Thom. in Disc. de Nobilit. th. 3. Ita hodiè ab auratis , quibus insigniuntur phaleris ita denominari statuit Vigl. Zvichem. in Inst. tit. de Testam. n. II. & seqq. Andr. Gerhard. disp. II. de milit. testam. & 19. Besold. Thes. Pract. voc. Ritter. Et hi olim soli deaurata portare poterant , quibuscum ob egregiam in bello navatam operam præmij loco donabantur , ut refert. Claud. Fauchet de L'origine des Chevaliers c. I. p. 14. Speidel. in Notabil. voc. Gold / Guldens Ring. Sicuti apud Indos etiam , Athenienses & Persas per gestationem auri in auribus Nobilitatem designatam fuisse , ita ut nemini , nisi Nobilis fuerit , id gestare liceret , scitè demonstrat Tiraquel. in Not. ad Alexandr. ab Alex. lib. 5. c. 19. fol. 741. Cæterum de hisce Equitibus videri potest prolixè Hubert. Miræ. de Ord. Equestr. & Ioh. de Læv. all. loc.

Tertium genus est eorum , qui Cruciferi vel Crucigeri ( à Crucis insigni , quo exornantur & muniuntur ) ; Item Spirituales & Ecclesiastici , largo tamen modo , nuncupantur. De quibus Vid. Card. Tusch. Pract. Concl. Lit. F. verb. Fratres Cruciferi , It. voc. Hierosolymitani ; Et Abbas in Rubr. de Regularibus.

Sub quibus continetur Ordo Militum Spiritus S. ab Henrico III. Franciæ & Poloniæ Rege , quod idem in die Pentecostes Anno 1573: Rex Poloniæ esset electus , & eodem die post mortem fratri Caroli IX.

Regnum

Regnum Galliae acquisivisset, in hujus rei memoriam; & in laudem quoque Spiritus S. institutus. Vid. Pasquier. lib. 6. Epist. Warens. ab Ehrenb. de fæderib. lib. 1. c. 6. n. 12. Muscul. & Limna. dd. loc.

Item Ordo Fratrum Militiaæ Templi seu Templariorum Militum, ( qui vulgo Tempelherren dicebantur ) à Templo domini, juxta quod primùm Hierosolymis olim mansionem habuerunt; De quib. Vid. Tyrius lib. 12. de bell. Sacr. c. 7. Vitriacus in Histor. Orient. c. 65. Platina in Clemente V. Petr. Mexia en la Sylva de varia lecion lib. 2. c. 3. & seqq. Speidel. in Notabil. voc. Tempelherren Add. Camerar. Cent. 3. Horar. subcis. cap. 90. Apud quem si placet legi possunt, quæ de Templariis ejusdemque Ordinis extirpatione inseruit; Et ibidem in specie, quæ ex Nicol. Serrar. Mogunt. rer. lib. 5. in Vit. Petri Archiepisc. Moguntin. de Hugone, Comite Sylvestri & Rheni, t. t. in Grumbach prope Meissenheim ( in qua arce Illustriss. Comes ac Dominus, Dn. Adolphus, itidem Comes Sylv. & Rhen. Dominus meus Clementiss. & Musarum mearum singularis Patronus, hodiè residet ) pulchrè commemorat.

Ordo Fratrum S. Iohannis Baptiste, seu Militum Hierosolymitanorum, ( der S. Johanniter oder Hierosolymitanischer Hospitälter Orden ) quod nomen ab Hospitio, in honorem Dei, & D. Iohannis, propter Victoriam contra Turcas, & recuperatam Anno 1099. Civitatem Hierusalem ædificato, sortiti, & duplice Religionis vinculo obstricti erant, ut nimis hospitio exciperent peregrinos, ac pro Religione armis dimicarent. Vid. Matth. Stephan. de Iurisd. Eccles. pers. c. 10. n. 2. Besold. Th. Pr. voc. Johanniter. Postea Rhodii, hodiè Melitenses seu Maltesii Equites, die Malteser Ritter; Porro Commendatores, à Commenda, hoc est, Custodia Ecclesiæ; Item Religiosi, ut pote qui Christo tam spiritualiter quam Corporaliter inservient, nuncupati sunt; Petr. Calef. d. l. & 21. Speidel. in Notab. voc. Commenthür. Quando autem, & qua ratione hic Ordo institutus fuerit, prolixius describit Raph. Volaterranus lib. 21. Antropolog. c. 6. tit. Ord. Militares Tusch. Pract. Concl. 107. verb. Hierosolym. Equit. Gualter. Chron. Chronicor P. 2. c. 2. de Orig. Ord. Equestr. Sebast. Franck. In der Päpst. vnd Keyser Chronick. fol. 475. fac. 2. Reinking. de R. S. & E. 2. 3. 18.

Ordo Equitum Marianorum Teutonicorum, seu ut alias vocatur, Ordo Militum S. Mariæ ( hodiè Commenthür oder Deutschmeister ) ab Imp. Henrico VI. Friderici Barbarossæ Imp. filio, cum pro recuperanda Hiero-

Hierosolyma Christiani bellum gererent, Anno 1100. introductus. Vid. Epist. pref. Imp. Henrici VI. ad Prelatos Imperij, de indicendis militiae Sacre Privilegiis, quæ habetur apud Goldastum inter Rescripta Impp. num. 48. fol. 71. De quo etiam in Recessib. Imp. de Anno 1500. sub Rubr. von Steur der Commentieren Deutscher vnd anderer Orden. Et Rubr. Von dem Gross-oder Hochmeister aus Preußen ic. vers. So aber der Orden allein auff Deutsche Nation gerichtet ic. Cum §. seq. Et de Anno 1524. §. gleicherweis ic. Conf. Franc. Sarmiens. de Reditib. Eccles. c. 5. num. 18. Seb. Franck. d. l. Ioh. Sleidan. §. Comment. in fin. Dan. Otto Iur. Publ. c. 19. p. m. 664. Muscul. d. tr. concl. 24. Speidel. in Notab. Voc. Deutsche Orden. Ubi etiam, qui Templarij, Iohannitæ, & hi Teutonici Mariæ inter se differant, deducit, & ex Ænea Sylvio in Europa c. 27. his ipsis, quod Teutonici Equites nominarentur, religionem fuisse alias addiscere linguis, suaviter recenset.

Ordo Fratrum & Equitum Annunciatorius sive Annunciationis Mariæ, cuius Autor perhibetur Amadæus VI. Comes Sabaudiæ, qui circa annum 1370. hoc ipso perpetuæ quasi memoriae signum ponere voluit Victoriæ, qua ipsius Avus, Comes Amadæus IV. in navalium prælio, postquam Equitibus Rhodi auxiliator venisset, Anno Christi 1310. potitus fuit, Vid. Limnae. d. c. 2. num. 34. & Dn. Carpzov. dicto loco.

Insuper Ordines Militum S. Marci, S. Pauli, S. Petri, S. Stephani, S. Lazari, S. Mauritij, Lauretanorum, Lunæ Crescentis, Stellæ, Elephantis, &c. sunt; De quibus, ne ἀλλοιποὶ hīc videar, legi possunt uberioris Historici & Iuris Publici-Consulti, & præprimis etiam Hub. Miræus in all. tr. de Ord. Equestr. Ubi de eorundem Origine, dignitate, Privilegiis, Symbolis atque aliis ex professo & copiosissimè agit; Add. Nobiliss. à Letch in prælaudato disc. de Nobilit. Germ. fol. 13. & seqq. Reinh. Reinecc. von des Adels anfänglichen herkommen / fol. 122. & seqq. Limnae. I. P. tom. 6. c. 2. per tot. CL. Fauchet. tr. singulari de l' Origine des Dignitez ch. i. Osor. tr. de Ordinib. sacr. militarib. per Hispan. lib. 1. fol. 11. Thom. Garzonnella. Piazza Universal. de tutte le Professione del mondo è nobili & ignobili disc. 3. fol. 51. & seqq.

Hi Ordines autem, cum plerique defendendæ Religionis causa fuerint erecti atque instituti, ut notant Spangenberg. In des Adels Spiegel / P. 2. lib. 6. c. 52. Muscul. d. l. concl. 14. Dan. Otto d. c. 19. nullum jus succel-

Successionis præ se ferunt, nihilque commune habent cum Pacto Confraternitatis successorio, Dn. Carpz. d. tr. Θ. 10.

Alia insuper Fraternitas est, quæ inter Privatos componitur, qui se juratos Fratres constituunt, & se invicem ut fratres tractare promittunt; hincque Conventionem istam Sacramento sæpè confirmant, eamque per Computationem, & ut vocant, κρατῆρα φιλοτείρου, nonnumquam adsciscunt, ac confirmant; Sicuti hoc olim Majoribus nostris, & adhuc Helvetiis atque Saxonibus sacrum esse (auff Bruderschafft zu grünen) Historici commemorant; Confus. Iustus Ritter / disc. de Confrat. Θ. 12. lit. a. apud Arumæ. Vol. I. Iur. Publ. disc. 22. Iason. in L. quædam cum filium, num. 5. vertem istam legem. ff. de V.O. Ioh. Frid. Mantenesius in Crit. Christian. de rit. bibend. c. 3. Wehner. Obs. Pract. voc. Geschwörne Brüder. Quæ licet effectu suo haud destituatur, & cum judicio facta ad amorem fraternalium non parum prospicit, arg. l. nemo dub. §. quo fratres. ff. de Hæred. instit. Alber. Gentil. lib. 3. de Iur. bell. c. 18. Revera tamen fratres non facit, neque jus successionis ab intestato tribuit, ut quis properea Iure fratris veri uti queat, Cynus in l. non epistolis. C. de Probationib. Cùm ejusmodi fraternitas non sit naturalis, neque Civilis, sed amicitia potius dici debeat, ut textus est in d. l. 7. ibique Gotofr. in Not. C. de Hæred. instit. fac. l. 34. ff. de Pact. & l. 8. ff. de R. I. Add. Matth. Wesenbec. de pact. Confrat. Success. Consil. 71. p. 2. num. 526. Andr. Gaius lib. 2. Obs. 126. n. 7. Quapropter differentia inter Confraternitatem hanc potabilem, ut ita dixerim, & nostram successoriam vel hic facilè patescit. Vid. Muscul. d. l. Θ. 42. & Dn. Carpzov. cit. loc.

Porro nec hoc quadrant Fratriæ istæ, quales apud Aristotelem in libr. Politic. perhibentur, quod sint Conventus hominum propria sibi sacra & peculiaria habentium. Nec ut apud Tertullianum passim pro Collegiis Christianorum accipiuntur; Vid. Tertull. in lib. de Veland. Virgin. & in lib. ad Martyr. Nec ut in Concilio Chalcedonensi, Consil. 18. & in l. 2. ff. de Colleg. illicit. l. quisquis. C. ad L. Iul. Majest. & in cap. 21. q. 1. sumuntur, pro Conjurationis seu Conspirationis criminе, tristissimum sæpè exitum sortiente, & propterea utroque Jure prohibito; qualis maligna fratria seu sodalitas fuit Catilinaria, cuius meminit Cicero in Orat. Catilin. & Caj. Salustius de' onjur. Catil. Item Rusticorum seditione mente facta Anno 1522. & aliorum. Vid. Iust. Ritter / Guttich, & Muscul. alleg. loc. D. Theod. Sprenger.

Sprenger. I. Publ. c. 3. p. m. 128. Et Thom. Hubertus Leodius, Secretarius quondam Heidelbergensis, Studii usque rerum excultissimus, in Vita Sereniss. Electoris Palat. Friderici II. lib. 6. num. 7.

Ita alio etiam sensu & significatione venit Sanctio ista Juris Saxonici, Wann sich das Erbe Verbrüderet vnd Verschwester / Land-Rechte lib. 1. art. 17. & Gloss. Weichbild / art. 63. n. 6. ibi : Ob sich ein Mann Verbrüderet oder Verschwester. Quo ita dispositum & sancitum est, ut non extantibus in linea Collaterali fratribus & sororibus proximiores viritim succedant Consanguinei, Gloss. d. art. 17. LandR. & Weichb. alleg. art. 63. ibi : Sodann nehmen alle die sich gleich nahe zu der Sipp stehen mögen / gleichen theil daran / es seyn Mann oder Weib. Vid. Modest. Pistor. Conf. 21. n. 43. & 52. Roman. in Lexic. Verbor. Feudal. verb. Hæredes accelerantes, Gan oder Gunsterbeit. Muscul. d.l. θ. 4. Dn. Carpzov. d. c. I. θ. 10. Webner. Obs. Pract. voc. Verbrüderet qua Verschwester Erbe.

Sed nobis hoc loco Confraternitates propriè sunt ac dicuntur Jura successionis reciprocae, in casu απαιδίασθαι seu defientium legitimorum hæredum, ex pacto inter illustres personas acquisita. Vid. Dn. Carpz. all. tr. θ. 10. Dn. Myler. cit. loc. c. 25. pr. Besold. Th. Pract. voc. Erbverbrüderung.

Quamvis enim de Jure Civili duæ tantum viæ sint, hæreditatem regulari & communi modo deferendi, scilicet vel ex testamento, vel à Lege, sive ab intestato, ut Imp. in fin. §. ult. Instit. Per quas pers. cuique acquir. ait, Vid. Dn. Richter in tr. de Success. ab intest. n. 5. & Dn. Strub. in Syntagm. Iurispr. Ex. 20. th. 3. ( Biga ICtorum, Promotorum ac quondam in alma Salana Praeceptorum meorum gratā memoria celebrandorum ; ) Hodiè tamen videmus tertiam quoque obtainere speciem hæredum, qui Conventionales seu Pactitii dicuntur, puta qui propriè neque legitimi, neque testamentarii sunt, sed ab utrisque differunt, & anomali sive irregulares habentur, utpote qui non ordinario jure, sed ἀρχαῖς sive extraordinario modo successionum iuria nanciscuntur, Gail. d. Obs. 126. Matth. Coler. P. I. Decis. German. dec. I. n. 15. & dec. 37. n. 6. Reinking. d. l. n. 46. Dn. Hahn. in tr. de Iur. Rer. θ. 56. Cùm ita usu & Consuetudine immemoriali inoleverit, ut etiam pactis conventis hæreditas in praesenti transferatur, utut alias Jure Civili Justiniane tales

de futura successione sive hæreditate conventiones expressè fuerint improbatæ, L. 5. C. de Pact. convent. Qua de re vide peculiarem disputat.

D. Birschy, Anno 1627. Argentorati de hac quæstione habitam: An Pactis dari possit hæreditas? Iung. Dn. Rittershus. diff. Iur. Civil. & Canon. lib. 3. c. 2. Dn. Schötan. in Exam. Iurid. ad tit. de Pact. q. 2. Dn. Wissenbach. Ictus Friesius excellentissimus (ut eum hoc elogio Dn. Böckelman. Ictus & p. t. hujus Universitatis Rector Magnificus, Promotor meus publico affectu atque observantiâ venerandus in Disp. sua Inaugural. ax. 5. in Exeg. p. 34. ornat. in Disp. Tur.) Civil. 30. Θ. 7. Add. Dn. Frantzkius lib. 2. Resol. 28. Dn. Tabor. Iur. Elem. p. 2. n. 25. & Ampliss. Dn. Præses. in prælect. publ. ad l. 19. C. de pact.

Hincque tres hæreditatum species, Testamentariam scilicet, Legitimam & Conventionalem, in tota Europa receptas esse testatur Hubert. Giphan. tr. feud. c. 12. n. 2. Ioh. Dauth. tr. de Testam. n. 86. Muscul. d. tr. de success. Convent. membr. 1. cl. 1. concl. 1. lit. b. n. 12. Lindemann. Ex. Feud. c. 5. θ. 54. D. Hahn. d. l. θ. 86. Feudorum Regalium equidem successio ut è magis servaretur integra, illustres quædam familiæ, Jure publico militari innixæ, inter se se convenerunt, ut alterius stirpe extinctâ, ditiones & omnia bona certâ successionis legge ad alteram familiarum devolverentur; And. Gail. Reinking. & Dn. Carpz. relat. loc. Et novis Gentium moribus inducta atque comprobata est tertia hæc successionis feudalis species, nimirum Conventionalis seu anomala, in familiis illustribus immediatis; Vid. de hac materia latè differentem Nicol. Reusner. 1. Conf. 3. per tot. Add. Gail. d. Obs. 126. & 127. ibique Bernh. Græv. Mynsing. Cent. 2. Obs. 33. num. 10. Gylman. 1. decis. 13. n. 10. Dn. Carpzov. Muscul. Gutich. Ritter. in alleg. tract. singularibus. Dn. Hahn. de Iur. Rer. θ. 72. & seqq. Dn. Struv. Ex. 6. th. 44. p. 2. add. Ex. Feudal. vii. th. 5. Dn. Lauterbach. in Princip. Christ. fol. 183. Wehner. Obs. Pract. Besold. Thes. Pract. & Speidel. in Notabilib. voc. Erbverbrüderung.

### III.

Homonymiam excipit Synonymia. Hujusmodi enim Fraternitates alia etiam sortiuntur nomina, & dicuntur pacta ac Jura familiaria, Hotomanno Consil. 1. Pacta Gentilitia & familiæ, Gailio d. Obs. 127. n. 7. & 8. φαλπιαι, fœdera successoria & Uniones hæreditariæ, Andr. Knichio, tr. de Saxon, non propr. Iur. c. 2. §. 60. verb.

Ducum;

Ducum ; Pacta illustrium familiarum successoria , *Betsio d. tr. c. 10.*  
 Pactitiæ successiones , & jura succedendi anomala , *Besoldo tr. de suc-*  
*cess. & elect. regn. disp. 13. Θ. 7.* Pacta hæreditaria , *Treutlero vol. I.*  
*disp. 6. Θ. 8. lit. b.* Singularis succedendi modus per pacta &  
 Confraternitates ; Item Pacta futuræ successionis , *Reinkingio, d. tr.*  
*& loc. n. 22.* Uniones pro mutua successione , *Guttichio tr. de*  
*Confr. concl. 8. lit. d.* Successiones conventionales & anomalæ ,  
*Musculo d. tr. Θ. 3. & 8.* Conventiones successoriæ , *Rittero eod. tract.*  
*Θ. 2.* Pactiones Imperii de successione mutua factæ , *Dan. Ottoni in Iur.*  
*Publ. c. xi. p. m. 368.* Successiones per pacta seu fœdera hæreditaria in  
 Principatibus , *Brautlachio in synops. Iur. Publ. c. 7. pr.* Pactiones de  
 invicem succedendo , *Schönbornero in Polit. lib. II. c. 13.* Pacta Con-  
 fraternitatum , *Wurmsero Exerc. Iur. Publ. L. q. 22.* Statuta illustrium fa-  
 miliarum de mutuo vel reciproca successione concepta , *Dn. Carpzovio*  
*all. tract Θ. 16.* Germani vulgò indigitare solent Hoher Häuser Bruder-  
 schafften / Erbverbündnisse / Erbverständnisse / Erbverträge / Sammungen /  
 Erbverbrüderungen . Et hoc modo Pacifcentes Juris successorii so-  
 cii , fratres & hæredes conventionales , pactionales ; Item anomali  
 & irregulares , Erbverbrüderete / Erbvereinigte / Erbverwandte /  
 vocitantur . Dd. suprà allegatos . Vid.

Ubi insimul monendum venit , Vocabula Erbeinigung und  
 Erbverbrüderung promiscuè à nonnullis usurpari , & saepius confun-  
 di , quæ tamen in effectu omnino discerni debent ; Differunt enim  
 (1) Objecto : Pacta equidem Confraternitatis ( der Erbverbrüde-  
 rung ) fiunt de bonis Principum , & mutuam Confratrum successio-  
 nem in defectu legitimorum hæredum continent ; Pacta autem  
 Confœderationis ( der Erbvereinigung ) certum modum belli tem-  
 pore in ista familia pro statu sui conservatione & incolumentate ser-  
 vandum complectuntur ; Vid. Ritter. de Confr. Θ. 11. Guttich. ead. concl.  
 I. Dn. Hahn. d. tr. Θ. 75. (2) Formâ : Illa opus habent consensu & cor-  
 confirmatione Imperatoris , tanquam domini Feudalis ; Hæc autem ,  
 dummodò Juri publico non derogant , nec in Imperii detrimentum  
 ergant , sine illa etiam sunt perfecta . Vid. Aur. Bull. tit. 15. vers. Doch  
 ausgenommen die Verbündnisse . Magerus à Schonberg. d. tr. de Advoc.  
 armat. c. 6. n. 196. Dn. Carpzov. cit. loc. Θ. 14. Dn. Hahn. d. l. (3) Fine ; Illo-

rum enim finis est successio ; Horum vero mutua defensio ; Uti ex-formulis Conventionum diversis , quæ rem diversam quoque arguunt, b. 7. C de Codicill. manifestum est. Vid. Literæ Confœderationis , quæ inter Regnum Bohemiæ , & Domum Saxoniam inita , & Anno 1587. d. 24. Octobr. confirmata est ; Add. Confœderatorum istud, & defensionis mutuæ pactum, quod inter Saxonie Duces, Marchiones Brandenburgicos & Landgravios Hassiæ, Anno 1587. d. 8. Julii , Naumburgi factum ; Cujus Copiam & articulos vide sis apud Shleidanum lib. Hist. 26. Et Dn. Frid. Hertleder. in Not. ad Const. Max. I. Imp. de Invest. ducatus Wurtemberg. tom. I. lib. 3. de causa Belli. German. C. I. Dn. Limnaeum lib. 4. Iur. publ. c. 8. n. 25. & in Not. ad jus Publ. Dan. Otton. c. XI. p. m. 406. Dn. Carpzov. all. tract. de Pacto success. S. H. c. . I. Th. 14. & 50. Besold. Thes. Pract. voc. Erbeintigung.

## IV.

Definitionem nominis sequitur definitio rei ipsius ; Utigitur pro instituto nostro aliqualem addamus , dicimus , Pacta Confraternitatis esse Conventiones Principum , & illustrium personarum , Imperatoris auctoritate roboratas ad hoc , ut unâ familiâ quoad haeredes masculos extinctâ , altera superstes in bona & Principatus defunctæ succedat. Vid. Gail. d. Obs. 127. Nicol. Betsius d. tr. c. 5. p. 110. & seqq. Dan. Otto I. P. c. 11. Dn. Hahn. all. tr. Th. 72.

Exempla talium Pactorum Successoriorum in Germania, Gallia & Italia celebratorum , ab Historicis & Iuris-Publici Doctoribus diversa afferuntur ; Ejusmodi namque pactum successorum , idque reciprocum quondam fuit conditum inter Reges Bohemiæ & Archiduces Austriæ ; Vigore cujus Regnum illud Austriacæ familiæ accrebit , postquam illud effectum suum accepit in Alberto II. Imp. qui inter Archiduces Austriæ coronâ Bohemiæ primus fuit decoratus. Vid. Goldast. in Opere singulari de Regn. Bohem. lib. 6. c. 18. War. ab Ehrenb. d. tr. de Fœderib. P. I. c. 2. n. 35. Mutius in Chron. German. lib. 30. fol. 283. & 316. Wurffbein. in Relat. Histor. in proœm. Choppin. de Doman. Franc. tom. I. lib. 3. n. 8. Arnisæ. de Repub. lib. 2. Schönborn. 2. Polit. 13. n. 4. & 6. Dn. Myler. d. c. 25. Dn. Sprenger. in Exeg. Iur. Publ. c. 7. p. m. 211.

In eandem pactionem mutuæ Successionis Regnum quoque Hungariæ & Poloniæ venisse, deducit Chyträ. in Chron. Saxon. lib. 2. fol. 355. Andr. Knich. de Saxon. non provoc. Iur. verb. Elector, n. 75, & 76. War. ab Ehrenb.

Ehrenb. de fæderib. c. 2. n. 35. Melch. Goldast. & Dn. Hortleder. all. loc. Schönborn. d. c. 13. & Ioh. Cuspinianus, Consiliar. Cæsar. & Vrb. Vienn. præfect. qui se hisce pactionibus interfuisse refert in suo Diario de Convent. Cæsar. Maximil. & trium Regum, Vladislai Hungariae, Ludovici Bohemiae, & Sigismundi Poloniae, in Vienn. Austr. d. 17. Iulij, Anno 1515. ut habet Dn. Sprenger. cit. cap. 7.

Ita Vigore Pacti successorij (quod inter Iohannem Fridericum II. Iohannem Wilhelmum, & Ioh. Fridericum III. Fratres, Duces Saxoniæ, Wimarienses, ex una parte, & Wilhelmum, Georgium Ernestum, & Popponem, Patrem & filios, Principes Hennebergicos ab altera parte, Anno 1554. Kalæ in Thuringia primitus celebratum, à Carolo V. Imp. Anno 1555. omni meliori modo & formâ confirmatum, postea etiam à Maximiliano Imp. renovatum atque redintegratum, Vide sis apud P. Ritter. d. concl. 10. lit. a. Molinæ. in additam. ad Decium Consil. 516. Spangenberg. Chronic. Henneberg. lib. 5. c. 53. p. 272.) Comitatus Hennebergicus cum omnibus pertinentiis, & Regalibus, tanquam feudum Imperij, Anno 1583. Familiâ Hennebergensi penitus extinctâ, ad Serenissimos Saxoniæ Duces pervenit, paucis exceptis, quæ jure Clientelari ad Hassiæ Principes translata fuere. Vid. Reusner. Vol. I. Consil. 3. Muscul. Θ. 8. & 46. Dn. Limnæ. d. l. c. 8. Dn. Carpzov. d. tr. Θ. 36. Adhib. Wolffg. Moller, Rectoris quondam Silustiani eruditam Parentationem in Vit. & mort. Georgij Ernesti, laudatissimi Principis Hennebergici, & antiquissimæ, totque seculis florentissimæ stirpis Ultimi, apud Kirchner. in Orat. funebr. Illustr. familiar. per tot.

Talem Conventionem inter Landgravios Hassiæ, & Comites Katzenelnbogenses viguisse, istumque Comitatum cum aliis feidis hac successoria Lege ad Domum & Familiam Hassiæ Landgraviorum devolutum esse recenset ex Molinæ. Consil. 17. Petrus Ritter d. disc. Θ. 10. lit. a. Quæ tamen, cùm magis indigitet simultaneam quandam quoad' feuda Investituram, quām mutuam nostram Successionem, meritò hīc tractari posse inter alios negat Limnæus relat. loc. n. 176. Add. Dn. Carpzov. d. Θ. 36.

Cæterū parile, ast non reciprocum ab utraque parte Confraternitatis pactum ab Anno 1323. extitisse inter Marchiones Brandenburgicos, & Pomeraniæ Duces, refert Chyträ. in Chron. lib. 5. fol. 156. & Limnæ. d. l. n. 175. Eodemque successionis jure modernus Sereniss.

Elector

Elector Brandenburgensis, deficiente Lineâ Pomeranâ, Ulteriorem Pomeraniam ( vulgò Hinter Pommern ) jam ohtinet ; Citeriori autem Pomeraniâ ( Vor Pommern ) Anno 1648 Regno Sueciæ in feudum Imperij pleno jure concessâ ; Vid. Novissimum Instrumentum Pacis Cæsareo Sueicum art. 10. §. 1. p. m. 23. Dn. Carpzov. d. l. Θ. 37.

Notissima porrò est illa , quæ inter Serenissimos Saxoniæ & Hassiæ Principes adhuc intercedit ἀληλογλωρομία & Confraternitas, à multis Impp. confirmata , & renovata sæpius , ut diligenter notarunt David. Chytrae. lib. 16. Saxon. fol. 480. Fabrit. lib. 6. Origin. Saxon. Warem. ab Ehrenb. d. c. 2. n. 35. Arumæ. disc. 6. ad Aur. Bull. Concl. 6. Reinking. cit. tr. I. 4. 18. 3. Remig. Fesch. diss. de fœder. concl. 24. D. Sprenger. I. Publ. Synops. c. 7. p. 21. Muscul. Ritter. Guttich. alleg. loc. & solidissime Dn. Carpzov. in antealaudato tract. de hoc pacto Sax. Hass. successorio per tot.

Cui Conventioni Domum quoque Brandenburgicam multi ICti. & Politici, ut Zasius, Hunnius, Reusner, Knichen, War. ab Ehrenb. Heigijs, Goldast. Besold. Muscul. Ritter. Guttich. Dan. Otto, Wehner. relat. locis admiscere satagunt, sed male ; Cùm pactum Confœderationis seu mutuæ defensionis ( Ein Erbvertrag oder Erbvereinigung ) non verò Confraternitatis seu mutuæ successionis, inter hasce Sereniss. Familias longissimo hucusque tempore floruisse, asseveret Dn. Carpzov. d. l. Θ. 14. 19. & 50. Et egregiè hoc deducit Illusterrima Linea Hassiaca Darmstadina, in Causa Marpurgensi, in articulis ad causam principalem pertinentibus, art. 104. & seqq. Conf. Dn. Limnaeus Iur. Publ. lib. 4. c. 8. n. 170. & in Not. ad Dan. Otton. I. Publ. c. XI. lit. L. Coll. I. P. Sinoltian. disp. 7.

Istiusmodi etiam Pacta Gentilitia seu familiaria, inter se habere Sereniss. Rheni Palatinos, & Bavariæ Duces, perhibent Bodinus lib. I. de Repl. c. 2. p. 20. Marq. Freher. in liter. Responsor. de Electorat. S. R. Imp. Comitativæ Palatinæ Rheni antiquitus annexo ad Christoph. Gevbold. Dn. Carpz. d. Θ. 36. Dn. Wissenbach. d. disp. 58. de diff. Theor. & Prax. p. m. 471. Besold. d. disp. 13. Θ. 3. Adhib. Instrument. Pacificat. Osnabrug. art. IV. §. 10. p. m. 8.

Ita etiam Vigore pacti Cadaviensis ( des Cadawischen Vertrags ) inter Ferdinandum I. Imperatorem, & Uldaricu, Ducem Würtembergiæ, Cadæ in Bohemia, Anno 1534. die Johannis Baptistæ initi, ac postmodum Anno 1599. Pragæ declarati, sublato videlicet subfeudo, Archiduces Austriæ per pactum successionis non reciprocum, Expectationem Ducatus Würtembergici ( Eine Expectans oder Anwartschaft in

In dem Herzogthum Würtemberg ) acquisiverint , uti habet Dn. Myer. Ictus & Consiliar. Wurtemberg. in all. Diff. de Princip. & statib. Imp. c. 15. Conf. Quett. Consil. 6. n. 8. Limnæ. 5. Iur. Publ. c. 17. n. 3. Goldalst. in Notis zu dem Eadawischen Vertrag / In Reichs Sachungen / fol. 319. Dn. Hortleder. Von vrsachen des Deutschen Kriegs / tom. 1. lib. 3. c. 1. Besold. in disp. Nomicopol. lib. 1. diff. 5. Coler. de Iur. Imp. Germ. Concl. 61. Dn. Carpz. d. l. Θ. 47.

Hujusmodi publica Pacta non solum inter Germaniæ nostræ Proceres , sed etiam exteris Nationes sancta servari reperimus ; In Gallia equidem consimile exemplum Confraternitatis inter Illustres & Generosos Fratres , Dominos d' Allegres in Avernia celebratum refert Iason. Consil. 5. Muscul. Θ. 9. In Italia parallelum de Magnificis & Generosis Dominis de Molza , fratribus & Civibus Mutinensibus , quod inter se pactum fecerint , ut superstes præmorienti , in dimidia bonorum parte succederet : Idem Iason Consil. 137. Vol. 4. enarrat ; Quo etiam nomine Cosmus Medices , postquam fundasset Episcopatum S. Stephani , lege cavit , ut ejus administratio penes gentem suam es- set , qua deficiente ad eos perveniret , qui uterentur titulo magni Ducis Hetruriæ , ut habet Wehner. Obs. pract. lit. e. voc. Erbeinitigung. Parile Pactum de succedendo inter Franciscum Philibertum , & Bessum , Marchiones Messeranos & Romagnanos , & D. Amadeum , filium naturalem Ducis Subaudiæ , prolixè recenset Menoch. Consil. 923. Plura si placet , apud allegatos Autores videri poterunt.

## V.

Definitionem subsequitur Divisio. Cùmque in hæc pacta Principum & illustrium personarum cadant bona tām Patrimonialia , quām Feudalia , eaque vel Universa vel pars eorum ; hinc Pacta hæc dicuntur alia Universalia , quæ de Universis paciscentium bonis di- sponunt ; qualia sunt inter Sereniss. Duces Saxoniæ , & Landgravios Hassiæ , uti ex literis Confraternitatum demonstrat Petr. Ritter. de Con- fœd. Princip. Θ. 11. Guttich. d. diff. Θ. 2. lit. a. & Limnæ. d. c. 8. n. 167. & seqq. Alia Particularia , quæ saltem de aliquibus concipiuntur , prout tenor eorundem perhibere solet , Carol. von Hagen Inst. Iur. Publ. 2. c. 7. Brautl. d. l. n. 6. Qualia olim inter Duces Saxoniæ , & Principes Henneber- gicos fuisse , ut Saxoniæ quidem Duces in Comitatu Hennebergico , Illi verò saltem in districtu Coburgensi succederent , testis est idem Ritter. d. l. Θ. 10. & Dn. Hahn. all. loc. Porro talia Confraternitatum pacta

C

vel

vel simplicia, μονόπλευρα, & ex uno tantum latere vel reciproca, δίπλευρα aut vicissitudinaria sunt. Sicque Pomeranis familia Brandenburgica, & Würtembergicis Austriaca Domus succedit, sed non contrà. Vid. Besold. Thes. Pract. voc. Erbverbrüderung.

## VI.

Hucusque de Parte Generali, sequitur nunc Specialis, quae consideranda venit in suis causis. Causarum verò Genera duo sunt; quædam externæ διὰ τὸ ἔν, quæ extra rem sunt, ut efficiens & finis; quædam internæ, vel ut Aristoteles lib. 2. Metaphys. c. 2. & alibi vocat, κατὰ άὐγήν, ut materia & forma, Vid. Scaliger. Exerc. 6. Sect. 4.

Causa autem Efficiens horum pactorum in libera Pactiscentium familiarum voluntate & consensu consistit, quo deficiente & revocato corruunt hæc & evanescent, P. Ritter. d. diff. Θ. 3. Brautlacht. 2. I. P. c. 7. §. 5. Quemadmodum igitur omnia negotia Civilia, quatenus in suo naturali vigore ac efficacia subsistere debent, duobus præsertim principiis consolidantur, Intellectu nimirum & voluntate, h. e. ut idem intelligent & velint utrique Contrahentium. Thom. ad. 3. Ethic. I. Sutholt. diff. 1. aph. 47. Dn. D. Struv. d. Ex. 6. th. 35. Siquidem Unius saltē voluntas neutiquam circa ea sufficienter suas adimplere valet vices, sed insuper necessum est, ut quoque alterius accedat acceptatio, ita ut ante hujus interventionem Conventio, Conventio verè dici nequeat; Praelaudatus Dn. Struv. d. Ex. th. 33. Conf. Andr. ab Exea. tr. de Pact. p. 1. n. 104.

Proinde nostrum pactorum genus fundamus in libero Utrorumque Contrahentium Consensu, quem tanquam fontem atque scaturiginem omnium Con junctarum familiarum, firmiter agnoscimus; Unde omnem quoque remoram, quæ arbitrio huic glaucoma aliquod obvertere possit, semper remotissimam volumus. Coriphæorum autem munia inter alios liberæ facultatis nostræ hostes haud raro subire solent: Error in ipsa re commissus, de qua pactum initur l. 51. ff. de Pact. l. 57. ff. de Obl. & Act. fac. l. 2. pr. de Iud. l. 15. ff. de Iurisd. Dolus cum proæresi, t. t. ff. de Dol. Mal. & postremo Metus justus, qui licet non ipsi voluntati, tamen ejus libertati maximè refragari videtur, l. 116. ff. de R. I. & t. t. ff. Quod met. cauf. Conf. P. Ritter. all. loc.

## VII.

Causam Efficientem concomitatur Finalis; estquè propter quam,

quam, vel cuius gratia omnis actio nostra instituitur. *Aristot. 2.de anim.*  
c.4.tit.37. *Stahl.in Regul.Philosoph.* tit.7. reg.12.

Finis iste Paciscentium vel Primarius est, vel Secundarius. Primarius, ut si una familia absque heredibus masculis decesserit, altera superstes vi & efficacia hujus pacti in ditiones & bona succedat; ( daß wann eine unter solchen paciscirenden familien mit todt ohne Mannliche Leibs Erben abgehen würde / alßdann die überlebende auff solchen Fall des andern Güter vnd Verlassenschafft/ vi pacti & jure hereditario/ an sich zu ziehen bemächtigt seyn solle. ) *Vid. Dn. Carpz. & Dn. Hahn. dd. loc.*

Secundarius, ut ita tranquillitas publica, Imperiique, uti dicitur in l. 8. C. de LL. beatitudo & augmentum foveatur, fiducia & Concordia fraterna inter Proceres & membra Imperii alatur, & ex mutua defensione, stabilique successione familiarum senescentium splendor & prosapia sarta atque tecta habeatur; *Gail. d. Obs. n. 2. Natta in exposit. C. quamvis. de Pact. in 6.n.136. Bets. d. c. 5. p. 121. Dn. Carpz. d. c. 6. O. 60. Schonborn. 2. Polit. 13. Id quod ut fiat, Rei & saluti publicæ multum interesse Ulpianus dicit. in l. 1. §. 13. ibi: Ut Ordinum dignitas familiarumq; salva sit. ff. de Inspic. Ventr. Consentit Galba apud Tacitum lib. 3. Annal. & lib. 1. Histor. Easdemque rationes Caroli IV. Imp. Confirmatio Confratern. Hesso-Saxon. apud Limnæ. 4. I. P. c. 8. n. 163. exprimit his verbis: vnd sonderlich/ daß dasselbe Römische Reich mit besserungen vnd Einmütigkeit seiner Fürsten Seeliglichen gemehrt vnd gestärckt wird. Idemque innuunt verba pacti Confraternitatis Illustrium Saxoniæ & Hennebergiæ Principum, ibi: daß nicht auf eines tödlichen abgang ein frembder Stamm den andern zur Unruh vnd Nachtheil in anderer Orter sich einzegen möchte. *Spangenberg. in. Chron. Henneberg. lib. 5. c. 53. fol. 272.**

Porrò, ut Subditorum etiam Saluti, ne illi vel inviti, vel ignotis peregrinisve subjiciantur Dominis, pactis hisce itidem prospiciatur, iuxta verba literarum Confraternit. inter Saxon. & Hass. apud Limnæ. a. l. n. 172. & Dn. Carpz. all. tr. O. 41. ibi: Sich vmb Nutzens vnd Friedens willen Ihrer aller Länden/ Leut vnd Unterthanen/ mit Ihren Länden vnd Fürstenthumben zusammen verbunden. Cùm aliàs satis lugubre sit, & deplorandum, non ipsis solum subditis, sed & Dominis videre ac pertimescere antiqua majorum prædia & castra ad manus pervenire externas, l. 38. ff. de R. V. l. 35. ff. de minorib. 25. ann. l. 22. ibique Gotofred. in

**Not. C. de Administ. tut. Gail. d. Obs. 127. n. 2. Reinking. d. l.n. 5. Muscul. d. b.**  
**Θ. 19. Peretz. Iur. Publ. c. 32. Dn. Carpz. d. Θ. 41. & 441.**

Quærationes evincunt, ut Pacta hæc Successoria, quamvis à Jure communi aliquatenus exorbitantia, & regulariter de utroque Civili & Canonico licita esse non videantur, propter cap. quamvis, ubi Gutierrez, & plenissimè Canonistæ, de Pact. in 6. & l. 5. 15. 19. & fin. C. de Pact. utpote bonis moribus contraria, d. l. fin. C. de Inutil. stipulat. l. fin ff. de V. O. & votum captandæ mortis alterius inducentia, d. l. fin. C. de Pact. libertatemque testandi, quæ aliàs hominibus ut quod maxime debetur, l. 21. C. Mandati, l. 31. §. 3. ff. de Heredit. petit. impedientia l. 59. ubi Dd. §. 2. ff. pro Soc. adeoque contraria ipsi naturali æquitati, l. 1. C. de SS. Eccles. l. 5. ff. Testam. quemadm. aper. l. 4 ff. de Adim. Legat. l. 15. C. de Pact. Gail. 2. Obs. 125. n. 2. & 1. Obs. 155. n. ult. Rittershus. diff. Iur. Civil. & Canon. lib. 2. c. 2. Ritter. & Muscul. dd. loc. Dn. D. Brandmüller, Antecessor Basileensis Celeberr. in Disp. Inaugurali de Lege Θ. 29. hodie tamen salutari ratione Politicâ suffulta, inveteratâ Germaniae aliarumque provinciarum consuetudine recepta valeant, firmissimumque in Illustribus personis, accedente potissimum tam Imperatoris, quam totius Imperii consensu (cui difidere, quasi non ad publicum dirigeretur commodum, instar sacrilegij esset, præsertim cum in omnibus Imperij Recessibus aliisque Sanctionibus hæc legatur Apologia: Gott dem Afferhöchsten zu Ehren / vnd des gesambten wesens Afferbauung/ Nobil. ab Hohberg in disp. de Perpet. famil. thes. 6.) robur obtineant; Vid. Aur. Bul. c. 15. ibi: Jedoch die Gelübde/re. Reichs Absch. zu Wormbs/ de Anno 1495. §. auch sollen wir/re. Reichs Absch. zu Speyer/ de Anno 1529. §. vnd als im Abschied. Cammer-Gerichts Ord. P. 2. t. 9. §. Soemande/re. ibi: Oder wenn er seine Freunde vnd Helffer haben mag. Adhib. ingeniosissimus Schifordegker. (uti vocatur à Besoldo. in d. disp. 13. Θ. 5. ) lib. l. tr. 29. q. 2, in fin. Gail. 2. Obs. 127. n. 5. & seqq. Heig. 1. q. 23. n. 24. Limnae. 4. I. P. c. 8. n. 126. Aruma. ad A. Bull. disc. 6. Buxtorff. ad A. B. Concl. 98. lit. G. Reinking. 2. 2. 10. 6. Dn. Carpzov. in Iurispr. For. P. 2. C. 35. D. 25. & ad L. Reg. Germ. c. 6. sect. 7. n. 26. & seqq. Dn. Hahn d. loc.

Cum enim Pacta hæc nullam aliam ob causam, quam propter bonum Publicum facta sint, ut ex allegatis Confraternitatum literis, & Confirmationibus Imperiorum manifestum est, sequitur omnino ipsa etiam esse publicè utilia atque favorabilia, prout in terminis concludit Reusner. I. Conf. 7. n. 54. utpote quorum finis cum sit bonus & licitus,

citus, ea ipsa quoque bona fateri necesse habeamus. *Guttich. de Confr. concl. 4. lit. c.* Cujusmodi quæ ratione Pacis & quietis sunt, qualia hæc nostra pacta, pro benefactis habentur, etsi contra ius facta fuerint, *Gloss. in Can. hac quippe, caus. 3. q. 6.* & *Can. quid enim, caus. 23. q. 5.* *Fesch. d. l. concl. 24. lit. G.* & tantus publicæ utilitatis favor efficit, ut ea quæ publicè utilia sunt, non includantur his, quæ lege prohibentur. *Bartol. in l. quemadmodum. C. de Agricol. & Cens. Reinking. I. 4. 18. 8. Dn. Wurmser. d. Ex. 2. q. 22. Dn. Carpz. d. tr. 8. 41. 44. & 60.*

Facit insuper, quod Leges & rationes, quæ de nullitate pactorum super tertii viventis hæreditate ex jure Civili proferuntur, malè ad pacta Principum & Illustrium accommodentur; Cùm illæ loquantur de privatorum pactionibus, quibus Electores & Principes Imperii, ut personæ publicæ, non sunt subjecti; sicuti respondet Domus Saxonica in *Apologia der zwei Schriften/ so Anno 1609. von des Chur- und Fürstlichen Hauses Sachsen an den verledigten Gülichischen Herrschäften habenden Rechten aufgangen.*

Accedit, quod in hisce pactis illustrium familiarum semper interveniat consensus & voluntas libera omnium illorum, de quorum hæreditate agitur; qui consensus omnem turpitudinem & votum captandæ mortis adimit, atque efficit, ut neque suspectum sit, Illustrissimis familiis pacisci de propria sua hæreditate; *Vid. Bets. d. c. 5. f. 123: Reink. d. l. n. 19. Besold. d. diss. 13. n. 8. Ritter. all. Diff. Θ. 3. lit. b.* Siquidem in pacto, cui quis taliter consentit, nullum est improbabile votum, ut ait Dn. Mæstert. *Ictus, Fautor & Praeceptor quondam in inclita Leydensi Academia imp̄nse honorandus, de Iust. LL. Roman. lib. I. dub. 40. p. 163.*

Hæc præter, amplissima summi Principis approbatio & Confirmatio supervenit, quæ omnem istam dispositionem, utut sit de Principatibus, Ducatibus & Comitatibus, ceu feudis Regalibus, validat, quemcunque scrupulum removet, & pactis hisce vim atque autoritatem tribuit plenissimam, ut multis Dd. autoritatibus tuetur *Ernest Cothman. consil. 11.* Prout alias etiam Infeudatio in casum mortis ultimi Vasalli, veluti si possessor sine hæredibus Feudalibus demortuus fuerit, ab Imperatore facta valet, *arg. §. moribus S. Consuetudinibus feudalib. receptum est, 2. F. 26. c. 1.* Fit enim ab eo, qui dominium directum in re habet, in Casum securitæ Consolidationis, quæ latius exponit *Ianus ab Arcedula Concl. Feud. c. 1. n. 6. Add. Schrader P. 3. c. 2. n. 17.*

Dn. Struv. in Ex. Feud. VII. θ. 4. quo modo non de futura successione, sed de caducitate successionis, in defectum Juris tertij pactum hoc collatum consetur. Vid. Gail. 2. Obs. 155. n. 2. Adh. Vultej. de feud. lib. 1. c. 7. n. 48. Et hæc vulgò Expectativa, ( eine Expectanz oder Anwartsung eines noch unerledigten Lehen · Güts. ) Wehner. Pr. Obs. voc. Anwartsung; Qualem etiam ante 24. annos ab Imp. Ferdinando III. Dominum Electoralem Saxoniam in feuda Imperii Illustr. Comitum de Hanaw / benignissimè, Cæsareo diplomate, Pragæ Anno 1638. d. 17. Septembr. Confirmatam, obtinuisse, ponit D. Schatz. in disp. Inaugural. de Expectativa, Anno 1653. Argentorati habitâ, in th. 37.

Porrò hujusmodi Pacta Gentilitia & Familiæ à Principibus & Statibus Imperij, Pacis publicæ, & dignitatis conservandæ gratia, non tam vi obligationis & pacti, quām jure legis publicæ sustinentur, quippe quod Principes contrahendo legem constituunt, Jure communi derogant, & vigore potestatis ac jurisdictionis perpetuæ & supremæ, sibi in territoriis suis competentis, publicam ponunt sanctionem, ex legibus privatorum haud immutandam, arg. l. 19. ff. de Pact. Zaf. Consil. I. n. 20. Reusner. d. Conf. 3. n. 62. Gail. d. Obs. n. 8. Ritter. d. th. 3. Cūm status & Ordines Imperij habeant omnimodam Jurisdictionem, & sic potestatem condendi legem in suis territoriis, Gail. d. Obs. n. 7. Schönborn 2. Pol. 13. Muscul. θ. 41. Dn. Carpz. θ. 39. & 44. all. tract.

Tùm libera testandi facultas hīc non planè tollitur; Cūm palam sit, quod quotiescumque hoc modo pacta fiunt, pacifcentes certam bonorum quantitatē excipient atque reservent, de qua quovis modo & tempore testari possint, Gail. d. Obs. n. 3. Muscul. d. diff. θ. 35. Ritter. d. disc. θ. 3. Hincque inter illustrissimos Confratres Saxoniæ & Hassiæ ita provisum est, ut ultimus decedens sine prole mascula, ad 30000. Florenorum Rhenensium summam in bonis mobilibus testari possit. Vid. Tabb. Confrat. Sax. Hass. apud Limna. d. c. 8. Reinking. I. cl. 4. c. 18. n. 38. Dn. Carpz. d. tr. θ. 46. Dn. Myler & Dn. Sprenger. rel. loc.

Parile subsistentiæ fundamentum suggerit etiam favor militaris, ex quo multa dimanarunt Privilegia militum, inter quæ & illud est egregium ac notabile, quod miles ex singulari militaris disciplinæ favore, & privilegio militiae militibus concessio, ob communem mortis famam ita rectè paciscatur, ut is qui supervixerit, ex Constitutione Impp. Diocletiani & Maximiniani, alterius bona capiat, ut in d. l. licet.

d. l. licet, ibique Gotofr. in Not. & Dd. comm. C. de Pact. expressè rescriptum & cautum legitur ; Conf. Claud. Coteræus de Iur. & privil. milit. lib. I. c. 5. & seqq. Dan. Otto d. c. II. Dn. Carpz. Iurispr. For. P. 2. C. 35. D. 25. Et idipsum etiam Pacta Principum successoria & Confraternitates sustinet, iisque robur tribuit validissimum , quod Principes & Status Imperii cum feudis & dignitatibus ab Imperatore investiti, utantur Jure Publico militari , quippe qui pro salute & utilitate Imperii R. G. ut Status , Vasalli & milites ejusdem excubias agere , servitia Vasallitica & militaria præstare , semperque Imperatori & Imperio , vrrinöge der Reichs anschläge / militare dicuntur. Vid. Tabb. pact. Successor. Familia Sax. Hass. ibi : Thun auch ermordete auf. vnd übergebung gegen einander gegenwer- tiglich / in vns mit Krafft dieses Briefs in der aller bestendigsten Form/ Weiß vnd Maah/ als solches jure publico militari, vnd sonst zu recht gesche- hen kan vnd mag. jung. Gail. d. Obs. n. 9. Reusner. d. Consil. 3. n. 36. Freher in diss. singul. vom Römerzug. Limnae. 4. I. P. c. 8. n. 145. Guttich. d. Concl. 4. Ritter. d. disc. 8. 4. Dn. Myler. all. loc.c. 98. pr. Speidel. in Notabil. voc. Reichs- anlagen.

### VIII.

Perlustravimus hactenus Causas externas, enucleandæ nunc veniunt Internæ , Materia & Forma ; Materiam considerabimus vel Subjectivam, vel Objectivam.

Subjectiva sunt familiæ Illustres ac Generosæ , omnigena Ju- risdictione coruscantes , & circa successionem proprias sibi leges fer- re valentes ( Fürstlich / Gräfflich oder Freyherliche Häuser ) quâ de mu- tua successione, in defectu legitimorum hæredum , ne feudum Domino aperiatur , ex Conventione hæredes quæsiti adsunt per pactum Con- fraternitatis. Besold. d. disp. 13. Θ. 4. Dn. Myler. cit. loc. Privatis igitur ad similitudinem horum pactorum , legem successioni suæ paciscendo dare communiter interdicitur , Bess. d. tr. c. 4. pertot. Muscul. d. l. Θ. 39. Cùm inter privatos non ea , quæ inter Principes, militet ratio ; nec expeditat Jura Successionum , quæ communia omnibus esse debent , nullisque conclusa cancellis, promiscue subjici arbitrio subditorum. Vid. War. ab Ehrenb. d. c. n. 36. Besold. d. disp. 13. Θ. 4. Muscul. d. Θ. 39. Präju- dicia videlicet apud Dn. Carpzov. Iurispr. For. Part. 2. Const. 25. def. 28.

Nobiles etiam Imperii Rom. Germ. immediati , in Circulo Sueviæ , Franconiæ & Rhenensi ( die freye ohnmittelbare Reichs Ritter- schaffe

schafft in Schwaben / Francken vnd am Rhein ) talia inter se inire posse pacta successoria atque Confraternitates , statuit Dn. Myler. in d. tr. de Princip. & Statib. Imp. R. G. c. 18. & c. 25. n. ult. Add. Bidenbach. qq. nobil. n. 7. Kreidman. tract. von des freyen Deutschen Adels in Schwaben / Francken vnd Rheinstrom / Staat vnd Stande / q. 4. n. 168.

## IX.

Materiam Objectivam, sive Objectivum, exhibent res ac bona Principum , & illustrium Personarum, sub Pactis Confraternitatum comprehensa , æque tam patrimonialia , quam feudalia , tam mobilia, quam immobilia , tam futura , quam præsentia ; ut ex generalitate tabb. pactorum successor. satis patescit , & in Confratern. Hesso-Saxonica apud Limnae. d. c. 8. disertis verbis exprimitur , ibi : das als dann alle dieselbe abgegangene Fürstenthumb / Graff- vnd Herrschaften / Eheu vnd Pfandschafften / mit Land vnd Leuten / Erbeigen / Kleynodien / Schuldten / Geld / Geschiß / vnd zugehörigen Artillerey / auch alle andere Fahrenende Haab / nichts ausgeschlossen / beweglich vnd unbeweglich / die wir jegund haben / vnd wir / vnd ynsere Leibs- Lebens- Erben gänglich / zumahlen zu Erbeigen gefallen seyn / vnd Erblich bey Ihnen vnd Ihren Erben / als Ihren rechten Erbherren/ bleiben sollen. Ita ut hinc vix quicquam excipere liceat , cum generalitas Verborum restrictionem non admittat. Cravett. Consil. 464. n. 3. & dispositio generalis generalem admittat explicationem , arg. l. i. §. generaliter ff. de Legat. præst. l. 7. ff. de Publ. in rem act. Dn. Carpz. d. tr. c. 5. O. 55.

## X.

Materiam sequitur Forma , quæ dat esse rei , Aristot. lib. 6. Metaphys. c. 11. & facit hīc , ut maneant hæc Pacta successoria ēv τῇ ἡδίᾳ ἰσχῆι , h. e. in sua firmitate & robore. Estque alia essentialis , alia accidentalis.

Essentialis consistit (1) in expressa Pactiscentium de mutua successione in Casum ætatis facta Conventione ; War. ab Ehrenb. d. tr. defæd. n. 36. Schönborn. 2. Polit. 13. D. Hahn. all. th. 72. (2) In approbatione , & Confirmatione Imperatoris , tam propter summam ipsius autoritatem ac potestatem , l. 12. C. de LL. A. Bull. t. 2. & paßim in Recess. Imp. August. de Anno 1566. §. nachdem dann/c. Sprenger. I. P. c. 2. pr. quam propter feudi absque Domini feudalis consensu translationem illicitam; 2. F. ff. & t. t. De prohib. Feud. alienat. prout etiam tenor renovati pacti

pacti Success. Sax. Hass. ibi : mit Gnädigsten consens vnd verbilligung/re.  
 quod est apud Dn. Carpz. d. tract. c. 33. Conf. idem ad L. Reg. sect. 7. n. 36.  
 & seqq. ubi de consensu reliquorum etiam Imperii Statuum, cautelam  
 fuggerit. Add. Rumelin. ad A. Bull. P. 2. diss. 6. ad c. 20. Coroll. 3. Gail. d. Obs.  
 n. 5. Reink. d. c. 18. n. ult. Rosenthal. de Feud. c. 7. concl. 25. gl. F. Ritter. d. disc.  
 concl. 3. Dn. Hahn. sèpè cit. loc. Unde repulsam tulisse Principes Anhalti-  
 nos , cum defuncto Electore Woldemaro sine liberis , Marchiam Bran-  
 denburgensem peterent ex pacto, quod Imperator non approbarat, scri-  
 bit Peucer. lib. 5. Chronic. in vita Ludovici Bavari. Add. Dan. Otto Iur. Publ.  
 c. XI. p. m. 369. Et ita pactum successorum inter Electorem Branden-  
 burgensem & Lignensem , à Ferdinando II. Imp. utpote Rege  
 Bohemiæ, cassatum fuisse , refert Goldast. de Regn. Bohem. In den  
 Beylagen / fol. 262 & 272. Hendel. in Silesiogr. c. 6. fol. 69. Dn. Myler. all. loc.  
 Imperatoris itaque, vel Cameræ Imperialis, Confirmatio, de existentia ho-  
 rum pactorum est, Sprenger. d. c. 7. p. 174. D. Schütz. d. l. Quæ omnem sinistram  
 removet suspicionem, & plurima labefactat tela, quibus contra pactionem  
 hanc vulgo insurgitur, Ritter. d. th. 3. à regulis quoque Juris communis ex-  
 cipit, easque limitat, quod minus ambiguum id reddere queant, uti patet  
 ex voto paciscentium , & ut in Cæsarea Confraternitatis Sax. Hass.  
 Confirmatione expressè caustum & constitutum est , ibi : So segen  
 vnd erkennen wir mit Keyserl. Gesetz / das ewiglich taugen soll / vnd  
 auch von Keyserl. Vollkommenheit ic. Vid. Reinking. d. l. num. 41.  
 Idque è magis , si confirmationi Imperatoriæ illa annexa sit Clau-  
 sula : Ex certa scientia & justa causa. Aus rechter wissenschaft  
 vnd Ursach ic. Quæ causa, quoties à Principe aliquid contra Jus posi-  
 tivum satuitur , semper justa esse præsumitur. Mynsing. 4. Obs. 8. n. 3.  
 Solet & illa addi : Salvo Iure Imperii & cujuscunque. Dem Heyl.  
 Reich / vnd manninglichen an seinen Rechten unnachtheilig. Quæ  
 Clausulæ Salutares efficiunt , ut omnis doli & fraudis , imò sub &  
 obreptionis , præcipitantiæ , item & temeritatis inconsultæ suspi-  
 rio tollatur , c. si motu. extr. de præbend. in 6. Clement. pastoralis §. cæ-  
 terum defectus. ext. dere judic. Gail. d. Obs. n. 7. Muscul. d. diss. 8. 33. Schönb.  
 d. c. 13. Besoldt. Thes. Pract. voc. Wissenschaft / & voc. Unvorgreiflich.

Præterea Consensus etiam subditorum ( der Landstände )  
 ne alienis & ignotis Subjiciantur Dominis , minimè omittendus est.  
 Vid. Renovatio Confrat. S. H. apud Limna. 4. I. P. c. 8. n. 162. p. 206.

D

Muscul.

*Muscul. d. diss. Θ. 53. Besold. d. diss. Θ. 5. Dn. Myler. d. l.*

Similiter nec Confœderatorum Principum; veluti in Confirmatione Confraternitatis Saxonicae & Hennebergicae expeditum fuisse consensum Landgravii, ut confœderati, Reusuerus tradit lib. I. Consil. 3. n. 48. Ne scilicet illorum Jus, quod in spe positum habent, intervertatur, ipsis insciis, quod fieri non debet, arg. l. 39. ff. de Adopt. l. 8. & 9. ff. de Aqu. pluv. arc. *Muscul. d. D. th. 51. Schönborn. d. c. 13. Besold. d. diss. 13.*

Et ultimè ad validitatem horum Pactorum requiriatur, ut certa portio libera relinquatur, de qua testari possint Pacientes, ne arbitrium extremæ voluntatis penitus admittatur, contra d. l. 5. ff. *Testam. quemadm. aper. & l. i. C. de SS. Eccles. Gail. d. Obs. n 3. Bets. d. tr. p. 125. Dn. Myler. all. loc.*

Ad formam accidentalem inter alia refertur Juramentum Pacientium, utpote quo Pacta hæc confirmari solent; idque ob negotii publici præstantiam corporaliter præstari, tutius esse placet War. ab Ehrenb. in Meditam. de Fœderib. lib. 2. c. 1. num. 122. & seqq. Hoc namque non ad rei constitutionem, sed jam constitutæ validitatem, & solenniorem illustrationem facit. *Dn. Hahn. cit. th. 75. Add. P. Ritter d. disc. Θ. 4. lit. a. Everhard. in Topic. sub Loc. De vi & ेregyeia Iuramenti, n. 40.* Idque in Pacto confraternitatis Ducum Saxoniæ & Hassiæ Landgraviorum ita observatum fuisse ponit Gattich. de Confrat. Θ. 9. lit. a. in fin. add. *Dn. Carpzov. de Pact. Succ. S. H. c. 2. Θ. 20. & seqq.*

### X I.

Evolvimus hucusque Confraternitates Constituendas, & in fieri; Consideremus nunc etiam in esse constitutas, Earundemque Effectus & Contraria. Effectus harum Confraternitatum præcipius, & quidem (1) ratione Finis est, Successio superstitis familiæ. *Dn. Hahn. d. th. 72.* Ita ut pacientes vi & efficaciâ reciprocí hujus, non solum proprio assensu, & Jurando, sed etiam Imperatoria autoritate corroborati Pacti gentilium, sibi invicem in omnibus bonis & facultatibus non secus ac naturales fratres, una agnatione & familiâ producti (Unde etiam Rechte Mitgeerben / gemeine und ungesonderte Brüder; & ipsa Patria Ewigे verein / vnd Brüderschafften / Gemeinschaften vnd Sam-

Sammungen / nuncupantur } succedant. *Muscul. d. Diss.*  
*th. 46. Dn. Carpz. d. l. th. 60.* In quantum per talem successionem  
 pactitiam ad Sereniss. Saxoniæ Duces Comitatum Hennebergicum, &  
 parili Jure ad Sereniss. Domum Brandenburgicam, Pomeraniae Duca-  
 catum pervenisse *supra* Θ. 4. demonstravimus.

Cæterum ἀξιομνησκόντων est, præsupponi hīc Investituram  
 simultaneè utriusque Paciscentium familiæ fuisse factam; Siquidem  
 sine ea Successio, quæ pacti hujus successorii effectus est primarius,  
 in bonis feudalibus obtineri nequit; *Vultej. I. F. 7. n. 4. Dn.*  
*Hahn. d. th. Dn. Myler. all. loc.* Investituram vero subsequitur mutua  
*Iurisjurandi & homagii præstatio*, quæ à subditis utriusque partis  
 fieri solet, juxta tenorem dictæ Confraternitatis Sax. Hass. ibi:  
 Und jegliche Parten hat der andern Parten auf solche Bruderschaffe  
 vnd Übergebung alle ihre Mannschaffe / sie seyen Grafen / Herren/  
 Ritter oder Knechte / Burgmannen / Bögte / Haupt- vnd Amtleute/vnd  
 Bürgere ic. eine Rechte Erbhuldigung thun lassen; *Vid. Lim-*  
*næ. d. l. & Reinking. d. lib. I. c. 18. n. 25.* ubi refertur etiam Juramenti  
 formula à subditis Illustriss. Saxoniæ Ducum, & Hassiæ Landgravior.  
 Cassellis Anno 1567. præstati. Ex quo equidem fit, quod Saxo-  
 niæ Elector & Duces, Principum Hassiæ subditos ac ministros, &  
 vice versa hi illorum, Fideles suos (ihre liebe Getreuen) appellati-  
 tent; ut habet *Reink. d. l. n. 28. & Dn. Carpz. Θ. 64.* Quæ tamen  
 præstatio homagii non statim in altera familia inducit Jus purum sub-  
 jectionis & superioritatis, sed suspendit id ad casum contingentiae,  
 & eventum Caducitatis sive aperturæ respicit, secundum tradita War.  
 ab Ehrenb. *d. tr. c. 3. n. 44. & c. 4. n. 4. Conf. post plures Muscul. d. disc. Θ. 52.*  
 & *Dn. Carpz. d. tr. c. 6. Θ. 64. quanquam hīc ανηλίξει & aliter senti-*  
*re videatur Reinking. d. c. 18. n. 26.*

(2) Ratione Formæ, est Obligatio Paciscentium &  
 Successorum; Hæc enim Pacta familiaria ex generalitate disposi-  
 tionis omnes pariter successores ac masculos nascituros comprehen-  
 dunt, & obligant, et si eorum expressa mentio facta non sit, arg.  
*I. 2. §. 2. ff. de V. O. l. lex Contractibus. 49. ff. de O. & Act. l. 59. & 62. ff. de*  
*R. I. Novell. 48. c. I. Gail. d. obs. Muscul. th. 55. Ritter. concl. 12. lit. c. Dn.*  
*Myler. d. l.* Facta namque & Contractus Principum demortuorum,  
 præsentium Principum esse censentur; cum Respl. semper eadem exi-  
 stat,

stat. Bald. Consil. 326. Quo intuitu vocabula Erb / pacto utriusque der Vereinigung vnd Verbrüderung recte apposita esse vult Dn. Carpz. d. c. 4. Θ. 48. 49. & 61. add. Dn. Hahn. cit. loc. Quæ tamen Obligatio non in vim ultimæ voluntatis, sed conventionis ac pacti vallet, atque altera parte invita revocari nequit. *Danth de Testam.* n. 87. Reink. d. l. n. 18. & 22. Cùmque per hanc Obligationem & Investituram Pacientes familiæ, altera in alterius bonis, Jus irrevocabiliter quæsitum & radicatum (quod ipsis sine facto suo per aliam dispositionem intotum auferri non decet, uti concludit Besold. d. disp. 13. n. 8.) obtineant, Jus tacitæ hypothecæ habeant, & inde communis nomine quasi per Constitutum possideant, ut verba Confirmationis Imperatoriæ Caroli IV. in pacto Confraternit. Sax. Hass. satis ostendunt, ibi: *Daß die Erbverbrüderen / vnd Ihre allersets Manns- Leibs- & Lehens- Erben ewiglich gleiche Rechte vnd Erbliche Mitgeerben/ vnd gemeines Leben vnd rechter Gewehr* (quod vocab. Gewehr vulgari idiomate possessionem significat, *LandR.* lib. 2. art. 29. in fin. *Lehen R.* c. 11. Ord. Process. Imp. de Anno 1512. tit. *Von Gottslästern* / ibi: *der Streitigen Gewehr und posseß.*) *Ihrer Fürstenthumben / Graf- schafften / Länden / Leute / Güter vnd Zugehörungen / die sie haben/ oder auch hernacher ewiglich erwerben vnd haben würden / nichts ausgenommen ic. seyn / heissen / vnd bleiben sollen.* Quibus verbis constituta denotatur Possessio, quippe quæ protinus nata est in actu primo; actus autem secundus, sive exercitium ejusdem & fruitio actualis in casum mortis & familiæ extinctæ suspenditur; Reinking. d. c. 18. n. 24. Ut benè etiam infert deductio Lineæ Darmstadianæ in Causa Marpurgensi art. 86. & seqq.

Idcirco cassæ & irritæ sunt omnes horum, Confraternitatis pacto affectorum, honorum alienationes, omniaquæ pacta & Conventiones, quæ in Illustrium Condominorum damnum atque præjudicium tendunt. *Hering. de Fidejuss.* c. 1. ad fin. *Bets. d. tr. p. 124.* Dn. Myler. all. cap. 25. Cùmque Interesse Confratrum censeatur, ne alterius ditiones imminuantur, aut aliud in statum immutentur, *Muscul. d. diss. Θ. 51.* Besold. d. disp. 13. n. 8. recte de jure radicato ex pacto Confraternitatis excepisse Electorem Saxoniam Anno 1552. In dem Ausschreiben / warumb er zu der Kriegs Rüstung hetrungen/ §. Zugeschweigen / vers. Zudem / daß auch wir vnd das Haß zu Sachsen/

Sachsen / vermdg einer Erbverbrüderung auf dem Fürstenthumb Hessen / im Fall es ohne Mannliche Erben zukünftig stünde / ein Merckliches Interesse haben ic. statuunt Muscul. d. 10. 51. Reinking. d. c. 18. n. 22. & Dn. Carpz. d. tr. 6. 62.

Denique insignis etiam Confraternitatis effectus habetur *Defensio mutua*; nimirum ut Illustrissimi Confratres & Socii hujus successorii juris ad reciproca defensionis auxilia & copias militares invicem teneantur, ut docet Martin. Laudens. de Confæderat. Princip. War. ab Ehrenb. de fœderib. c. 4. n. 8. Muscul. d. Diss. th. 47. Besold. d. diss. 13. th. 7. Idque ex natura Confraternitatum; Cùm enim pactis hiscæ successoriis, talis contrahatur amicitia, ut plura corpora & familiæ in unam quasi coëant essentiam, Reusner. d. consil. 3. n. 30. Schönborn. 2. Polit. 13. Juri & æquitati omnino consentaneum est, ut ab omni injuria se & bona sua invicem defendant, Muscul. d. diss. 10. 47. Cùm in utroque casu propria ipsorum causa agatur, non solum propter infallibilem eveniente conditione spem succedendi, sed etiam Constitutum ex utraque parte possessorum, effectu & usu quantumvis suspenso. Guttich. d. concl. 8. lit. g. Ritter. d. concl. 12. lit. b. Dn. Carpzov. d. tr. 10. 62. & 65.

## XII.

Et sic Consentancorum loco vidimus, quamobrem, qui & à quibus Confraternites utiliter ineantur; Nunc dissentanea etiam, seu *Contraria* Confraternitatum breviter subiiciamus, quibus scilicet modis cædem rursus inutiles reddantur, & extinguantur.

Suntque (1) Si violentur. Quanquam enim hæc Pacta Confraternitatum successoria, ex prima intentione & voto paciscentium familiarum sint perpetua, (intellige secundum durationem, & infinitudinem, ut vocant Scholastici, perfectionis,) magisque ob permissionem & Confirmationem Imperatoriam, in vim Conventionis Iuratoriæ, legis & Statuti valeant, atque obtineant; ex accidenti tamen, propter justas & necessarias causas, rescissio eorumdem aliquando evenit; Si enim Conditiones, sub quibus initæ erant, non præstentur; vel si ea re frui non liceat Confratri, cuius gratia principaliter contraxit (puta, si defensio sine justa causa denegetur, si fiant dilapidationes, alienationes immodicæ, inconsulto & invito Confratre,

D 3

inque

inque fraudem pactionis, arg. l. 68. in pr. ff. pro Soc. in officiosæ donatio-  
nes, aliæque mutationes insignes instituantur, arg. l. 47. & seqq. ff. d. t.  
vel si unus ex Confœderatis sit æmulus, aut capitalis hostis alterius, vel  
alio modo Confraternitatis leges facto suo atque perfidiâ malitiosè oppu-  
gnet, cap. fruſtra. 75. de R. I. in 6. Conf. Menoch. consil. 27. n. 47. Tiraquel. in  
Præf. l. si unquam. C. de Revoc. donat. n. 165. & seqq. Ricc. de Union. prol. c. ult. n.  
28. Vultej. in Consil. varior. Iuriscons. 11. n. 56. vol. 2. Mantz. lib. 6. de Iur. Prin-  
cip. c. 22. B. Kellenbentz. in tract. de Renunc. success. q. 7. Muscul. d. diss. 60.)  
renunciari potest confraternitas, fac. l. 15. ff. pro Soc. Ut enim fidem fallit,  
ita eandem non est quod expectet, arg. l. cum proponas C. de Transact.

(2) Si utriusque partis consensu distrahiuntur; Ex quo enim Pacta  
nostra in vim Contractus valent, non unius, sed mutuo demum utrius-  
que partis dissensi revocari possunt. Matth. Wesenb. Consil. 63. in fin. Reink.  
d. c. 18. n. 22. Cum nihil tam naturale sit, quam eo genere, quo quid col-  
ligatum est, rursus dissolvi, l. 35. ff. de R. I. Neque propterea uni permit-  
tendum est, quod utriusque demum partis voluntate & consensu fieri  
debet. Reinking. d. c. 18. n. 22. Brautl. d. c. 7. §. 17. Dn. Carpz. all. tr. 63.  
Plura vide apud allegatos Autores, ad quos B. L. angustæ nostræ Pagellæ  
impræsentiarum remittunt; Cum nec locus nec tempus ( ob discessum  
meum præproperum ) plenius deliberandi consilium, ut verba ICti in l. I.  
pr. ff. de Exerc. Act. hinc applicem, mihi jam permittant; qui idcirco de  
singulis quædam tantummodo ( eatenus Apiculas imitatus, quæ non  
omnes in pratis herbas depascunt, sed ex quibusdam duntaxat, quod con-  
veniens est, exsugunt ) sine potioris sententiæ præjudicio, arg. l. Claudio-  
ff. Qui pot. in pign. hab. delibare volui. Interea præstantissimæ huic de  
**CONFRAERNITATIBUS ILLUSTR. FAMIL.** materiæ  
finem facturi, erroribus quoq; veniam implorat occupatissimus calamus,  
præscriptione Ioh. Ravisii Textoris in Epist. 63. in fin. se muniens:  
Impossibile est, quæ tumultuario fiunt studio, ac frequentibus interrupta de-  
cursionibus, multum esse decocta atque limata. Sit tandem

**SOLI DEO LAVS ET GLORIA; IMPERIO ROM. GERM. SALVS  
& CONCORDIA; ERRATIS VENIA.**

Π Α' Ρ Ε Ρ Γ Α.

- I. Amicabili societate junguntur Ius Publicum & Privatum. (S 14.)
- II. Ius Patronatus non semper involvit Ius reformandi. Instrum. Pacis. Cas. Suec. art. 5.
- III. Num Clericus cum Virginie solitariè confabulari possit, decidit c. 20. dist. 81. c. s. quisquam. ext. De cohabitat. Clericorum & mulier.
- VI. Per decennium absens à muliere, filium interea enixa, recte Pater haberi potest.  
L. 6. ff. De his qui sibi vel al. jur. GRAZ

## GRATULATORIA.

**V**ous me donnez sujet, Monsieur, que je Vous louie,  
Et Vostre bel Esprit ( il faut que je l' advoüe )  
M' oblige de priser ces Genereux labeurs,  
Qui vous feront monter dans la chaire d'honneur ,  
Ou vous triumpherez comme ces grands guerriers ,  
Qui de leurs ennemis rapportent des Lauriers.

*En tesmoignage d' affection à Mons.  
Erich, son tres-cher & fidel  
Gouverneur, escrit par  
LEOPOLD  
Comte du Rhin.*

**S**candis cathedram , plaudite Gratiae ,  
Vir eleganti Nobilis indole !  
Gratulor; exornent triumphos  
Eunomiæ, sociæque Musæ.

*suo bacchanus Dn. Commensali & Fautori amantissimo ita feliciter accinit*

**CASPAR GOTFRID à Stosch**  
Eques Silesius

**C**andor , Sedulitas , Pietasque , & cognita Jura ,  
Vel Te commendant, dulcis ERICE ! satis.  
Apprecor hoc : Cœptis adspiret Numen ab alto ;  
Pergito ! non decrit, quo cumuleris , honor.

*Nobili & Clariss. Dn. Candidato, suo non ita  
pridem in Cancellaria Grumbacho-Rhein-  
grafica Collegæ amicissimo , hoc Syncerissi-  
mi affectus μνημόσυνον lmq; mitt.*

**JOHANNES CAROLVS**  
**Grawenburg / I. V. Ltus. & Illustr.**  
**Comit. Sylv. ac Rhen. à Consil.**

*Scientia*



Scientia liberorum est laus, latitia & gloria Parentum. cap. esto. 7. in  
fin. dist. 95. & Dd. ad L. quæ pater. 50. ff. Famil. hercise:

**I**ch bin zwar wol kein Rath / in Phœbus Gangeley,  
Doch merck ich fast / was jetzt daselbst im Wercke sey;  
Dieweil Er / Werther Freund ! wil keinen Feß vermeiden  
In seinem Musen-Werck; wie Jehna / Strassburg / Lenden  
Vnd Hendelberga es zeugt, ( Da Er. Eich . Eßlich melsde  
Was E. bverbrüdrung sey vnd hierdurch Ruhm erhält; )  
Als wil die Themis Ihn nun bringen bald zum Stande/  
Diß gibt dem Vatter frewd / vnd Ehr dem Vatterlande.

Mit diesen wenigen beehrte seinen vormals in Strasburg  
vnd Speyer wohlerkandten Freund

**M A V R I T I V S W I L H E L M V S**  
von Galschen I. V. D. & Camer. Imper.  
Advocatus.

Parentum benedictio ditat.

**I**ch frewe mich mein Sohn! daß du in deiner Jugend/  
Wie deine Vorfahrn auch / beliebest Kunst vnd Jugend/  
Vnd steigest dißmal hin zum Hohen Ehren Thron;  
Wolan / Ich Wünsche stets : Gott segne dich mein Sohn.  
Dein biß ins Grab getreuer Vatter

**A U G U S T U S E R I C H** / an jeho  
ältester Burgermeister in Eisenach.

Gloria non s'acquista per starsi in ocio, ma per trava-  
gliarsi in opere Virtuose.

**D**er Arragonen Zier Alphonsus kan vnß geben  
Sein Urtheil alsobald : Durch Faul vnd Müßig Leben  
Erlangt man keinen Ruhm. Wer hier erst tapffer Kriegt/  
Kriegt einen Lorbeerkrantz so Grab vnd Todt benötigt.  
Preiß wird durch fleiß erlangt. Du hast dich vmb Parnassen  
Wißher / Mein Bruder ! auch trew. fleißig finden lassen;  
Fahr fort ! Du trifft den Zweck/wohin die Jugend Zielt:  
Zu stehen dort/ wo die Sonn mit ihrem Golde spielt.  
Seinem geliebten Brüdern überschickte dir wenige aus Hamburg  
**Johann Peter Erich** /  
der Rechten Besessener.

F I N I S.

77. c

